UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

40. An socio designato significare poßit, se malè de subdito sentire, ut sic diligentius vigilet? an subditum delinquentem coram alijs reprehendere?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Visual Library

quentem de eius emendatione ſecurus non eſſet: quo caſu Prælatus rationabiliter poſſet ſocio exploratori ſignificare ſe non rectè de tali ſubdito ſentire, ut ſic aperiatur ſocio via deferendi crimen ſi viderit. Nam in tali caſu ſocius præſumere non debet, ſe poſſe efficaciter corrigere, cum præſumere potiùs debeat monitum fuiſſe, & non eſſe emendatum.

40. Quintò poteſt Prælatus (ſi ei moraliter cõſtet de delicto ſubditi ſaltem per delationem unius teſtis oculati, de quo nulla eſſe poſſit ſuſpicio in ſinceritatis) ſubditum graviter reprehēdere etiam coram duobus vel tribus teſtibus, ſi id expedire ad eum confundendum judicaverit: iterum poterit ob eandem rationem pœnitentiâ plectere, jejunii v. g. aut flagellationis, præterea minis eum terrere, ad hæc ſub pœna etiam excommunicationis præcipere ipſo facto incurrenda, ne hunc vel illum locum ſuſpectum adeat; ne cum hac aut illa perſona loquatur, & hæc præcipi poterunt in præſentia delatoris & teſtium: ut ſic de eius tranſgreſſione clariùs conſtet; quia hæc omnia non excedunt pater-

paternam correctionem & poteſtatem, quam pater in filios habet, & ex alia parte ſemiplena probatio delicti ſufficit ad hæc præſtanda, ut optimè notat *Suar. to. 4. de Relig. lib. 10. cap. 10. n. 14. & cap. 12. n. 37.* Quando verò obligari poſſit ſubditus ad denuntiationem judicialem dictum ſupra num. 33.

41. Cæterùm de perſona & officio judicis, eorumque qui ad actum judicii concurrunt ad huc nonnulla reſtant explicanda, quorum illud primum eſt, an geſta Judicis habentis ſolum titulum coloratum ſint valida? Titulum coloratum vocam⁹, poteſtatem, ſeu collationem, quam Judex putativus à potente aliâs conferre accepit invalidè, vel invalidè retinet ob defectum, qui vel in collatione, vel poſt eam intervenit. Ita Panorm. *in cap: nihil. de elect: & DD. communiter.* Hoc prænotato.

ASSERO geſta juridica à Judice putativo habente titulum coloratum eſſe valida, ex communi DD. apud *Leſſ: lib. 2. de juſtit: cap. 29. Canoniſt: paßim in cap. nihil. de elect:* Et Juriſt: *in L. Barbarius. ff. de offic. Prætor.* Et probatur manifeſtè *ex cit. L. Barbar.*

ubi